

Deu. 31.

aduorsus eum, decipiendo ipsum. Illis enim prauale
 diabolus, qui absque directione sua agunt. Falluntur
 nanque auctumode, nunc nimio zelo, nunc callida
 suggestione, nunc palliata sanctitate, aliquid inor
 dinata affectione, quandoque blandis, nonnunquam
 asperis. Talibus vero exprobrat sanctus Propheta
 Moses inquitens. Gens absque consilio est, & sine pruden
 tia, uinam sapienter praeterita, & intelligerent
 praesentia, ac nouissima, futura scilicet prouiderent.
 Euaderent proflus cuncti protecti diuino auxilio &
 virtute discretionis. Quae uirtus discretionis, quum
 omnibus perutilis atque necessaria sit, praecipue tam
 en praesidentibus, & aliorum curam gerentibus,
 quibus congruit sic pollere prudentia & discretionem,
 ut non solum seipos, sed etiam omnes sibi commis
 sos imbuant uitate noxia, a peccatis salubria, diligere
 honesta, uitate prohibita, operari recta, spernere ter
 rena, & inuestigare caelestia. At si propter imperi
 am, & imprudentiam haec minime agent, eueniet
 illis, quod scriptum est. Si caecus caeco ducatum pra
 beat, ambo in foueam cadunt, & apud Deum duo
 rum sunt noxij, sui uidelicet & aliorum, quibus de
 buerant praebere monita salubria. Sed hanc foueam,
 hoc exitale iudicium generose eadem, qui pruden
 tia discretionemque fulgent. Duplici nanque immor
 talitatis corona decorabuntur, tam pro propria, qua
 pro aliorum laudabili uita, quorum potissima exti
 tere causa. Beata igitur anima, quae hac uirtute insi
 gnita est, quae nouit perniciosa fugere, & proficua a
 mare. Nam nihil aliud est prudentia, quam scientia
 rerum bonarum & malorum, cum illarum dilectio
 ne, & harum detestatione. Est etiam prudentia amor
 eorum, quibus adiuuatur, ab iis, quibus impeditur, sa
 gaciter discernens. Seu prudentia est praesens notio,
 futurorum pertractans euentum. De hac enim uirtute
 ueluti de speciali atque saluberrimo fructu ligni
 uita in coelestibus Domino auxiliante tractatum est.

*De diuisione prudentiae, & quae memoria commenda
 danda sint.* C. A. P. I. 1.

Dividitur nanque prudentia in intelligen
 tiam, prouidentiam, atque memoriam.
 Intelligentia autem est, per quam ani
 mus prospicit ea, quae sunt. Prouidentia
 uero est, per quam uidetur aliquid futurum antequa
 sit. Sed memoria est, per quam quis repetit ea quae
 fuerunt. Est enim memoria thesaurus cognoscibiliu,
 & repositorium quoddam, in quo ueritas utilis, qua
 ratio inuestigando cepit, fideliter seruatur. In ipsa na
 que plura locanda sunt, & tenaciter commendanda,
 beneficia (uidelicet) innumera, quae dedit Deus ho
 mini. Considera o homo, clamat mundus, quantum
 dilexit te qui pro refecit me, seruiu tibi, quia factus
 sum propter te, ut tu ita seruias illi, qui fecit & me
 propter te, & te propter te. Si tenes beneficium, si re
 colis donum, redde debitum, si accipis benignitatem,
 redde caritatem, Memoria mandatoru Dei. Tu enim
 qui ueram requiem, quae post hanc uitam Christianis
 promittitur quaris hic inter amarissimas uitae mo
 lestias, si tuam iucundamque delectationem gusta
 bis, si eius, qui eam promittit, praescepta dilexeris, eaq;
 semper in memoria comportsabis. Memoria iustitia,
 quam Deus exercuit in transire. Iores mandatorum
 suorum, sicut pater de filiis Israel, quos Deus occidit
 in deserto propter ipsorum uaria ingenia quae deli

Mat. 15.

cta, Memoria diuina misericordiae contra despera
 tionem. Memoratus sum (inquit Propheta) miseri
 cordiae tuae Domine. Misericors enim es Domine,
 cum creas, quia nullis beneficiis prouocatus ut praes
 tes, miserator es, quum res cadentes tua pietate res
 stituras. Nam misericordia tua Domine uirtutum, &
 rex totius clementiae, non solum sublequitur ad cur
 stodiam, sed etiam praecedit ad gratiam conferen
 dam. Si enim solum sequeretur, nemo donata perci
 peret, si tantum praecederet, nullus posset collata ser
 uare. Memoria laudabilis uita sanctorum. Qui autem
 sanctorum merita religiose in arcano memoria
 pertractat, & qui iustorum gloriam frequenti narra
 tione extollit, eorum mores sanctos atque iustitiam
 imitetur, quoniam quem delectat alicuius sancti me
 ritum, delectare debet par circa cultum Dei obse
 quium. Quae enim re imitari non debet, si laudat, aut
 laudari non debet, si imitari pertractat, ut qui san
 ctorum merita admiratur, admirabilis uita sanctita
 te reddatur. Memoria aduerlitas in prosperitate, &
 e contrario, sicut legitur. In die malorum ne immem
 or sis bonorum, & in die bonorum ne immemor
 sis malorum. Et alibi. Memento paupertatis in tem
 pore abundantiae. Memoria peccatorum proprie
 rum. Recogitabo (ait Esaias) omnes annos meos in a
 maritudine animae meae. O memoria salutaris, ama
 ritudinis dulcis, felices lacrymae, compunctio fructuo
 sa, quae de peccatorum rememoratione generatur.
 Nam lugentes consolatur, penitentes emundat, uir
 tutes erigit, componit mores, fugat uitia, crimina
 delet, diabolum fugat, caelum aperit, Christo concilia
 Deum placat, & caelestium spirituum legiones
 iucundo ad se trahit affectu.

*Quibus affectibus decor & dignitas prudentiae
 pateat.* C. A. P. II. 1.

Magna est prudentia uirtus plurimumque
 commendabilis. Propterea (sicut scrip
 tura testatur) Beatus est uir, qui inuenit
 sapientiam, & qui affluit prudentia, quia
 melior est acquisitio eius negotiatione argenti & au
 ri primi purissimi. Lignum nanque uita est iis, qui
 apprehenderint eam, & qui illam tenuerint beati.
 Melior est cunctis opibus, & omne delectabile huic
 non ualeat comparari. Omne aurum in comparatio
 ne illius arena exigua est. Vanj enim sunt homines,
 in quibus non est prudentia, nec absque formidine
 debent uiuere, quia sicut imprudentia timidum, sic
 prudentia reddit securum. Prudentia nanque liberat
 hominem a periculo. Ubicumque enim fuerit pruden
 tia, frustrantur uerba contraria, ubi uero pruden
 tia negligitur, omnia contraria dominantur. Haec uir
 tus propriam confundit confidentiam, & alius pra
 bet in deliberatione assensum. Magna etenim est &
 infinita prudentia, quam nemo sic assequitur, ut eam
 non necessario per alios quarere uideatur. Senes ipsi
 consilio sapientiam discunt, & a maturis in commu
 ne quaeritur, quod per omnium utilitatem tractatur.
 Solatium curarum frequenter sibi adhibent maturi
 reges, & hinc meliores prudentioresq; existimant, si
 soli omnia non praesumat. Homine in bono coferuat
 haec uirtus. Non enim potest quis a malo fugere, & se
 in bono conferuare, nisi in cunctis quae agit, praesit
 prudentia, per qua discernedo cunctas singulasq; mo
 derari ualeat uoluntates, ac opinio uersipellis fallat.

Provi.